

strumenta litterarum non adhibentur Quare tam presentes quam futuri sciant, Quod nos Bertoldus¹ diuina pietate prepositus monasterij Sancti Lucy et Conuentus locj eiusdem vnanimi consilio et deliberacione prehabita Concedimus et concessimus ac locamus possessiones nostras seu prata dicta de pradella et silua planij² cum eorum horreis et edificijs seu iuribus nomine feodj censualis Walthero de wallis dicto Röttiner Et Johanne de wallis dicto aier³ et ipsorum vxoribus seu jnfantibus jam procreatis seu adhuc procreandis necnon et omnibus eorum heredibus secundum consuetudinem quam illi de wallis habent in tafaus⁴ perpetuo possidendas tali tamen jnterposita condicione vt predictj scilicet, walterus et Johannes et ipsorum infantes seu heredes per septem annos annuatim nobis de dictis possessionibus seu pratis in festo sanctj martinj nomine census xx^{ti} libras mezanorum⁵ tribuant et persoluant et vt singulis annis vno videlicet anno xii agnos alio uero xiiij agnos in festo sanctj Georij (sic)⁶ de dictis possessionibus seu pratis pro decima seu nomine decime expediant, Elapsis autem septem annis antedictj scilicet walterus et Johannes et ipsorum infantes seu heredes qui pro tempore fuerint uel alij qui ipsorum loco et nomine ipsorum supradictas possessiones cum consilio nostro locauerint nobis deinceps annuatim de sepedictis possessionibus seu pratis xx^{tiij} libras mezanorum et supra nominatos agnos in sepefatis terminis expediant, et persoluant et pro predicto censu soluendo petrus dictus (Brock)⁷ quamdiu vixerit fideiubint⁸, cum ipsis et pro eis Adictum (sic) est eciam quod si supradictj Waltherus et Johannes efluxis septem annis uel postea uel antea a supradictis possessionibus seu pratis recedere voluerint ut habeant facultatem cum consilio nostro alijs supradictas possessiones locando et substituendo saluo tamen jure nostro et obseruato in censibus et terminis supra expressis expediendis Testes autem qui huic concessioni interfuerunt sunt hij dns. .C. prepositus jn churwalde donatus nobilis de Vatz⁹. et nobilis de frowenberg¹⁰ Petrus dictus Brock⁷ Citerli de tafaus⁴ petrus ander wise¹¹ et alij quam plures Jn cuius rej testimonium presens ipsis tradimus jnstrumentum Sigilli nostri et conuentus necnon nobilis viri dni. donatj de vatz munimine roboratum Datum et actum apud Ecclesiam